



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XV Nemo perfecte beatus esse potest, anteq[uam] ad futuram perueniat
beatitudinem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB.

Pfal. 83. cunctis angoribus tota in dei visiōe ac laude vita geritur. Iuxta hoc quod Propheta, corde pariter & carne in deum viuum exultans aiebat. Beati qui habitant in domo tua, in seculū seculi laudabunt te.

Nemo perfecte beatus esse potest, antequā ad futuram perueniat beatitudinem.

Caput XV.

Prosp. **I**N præsenti autem vita quantalibet quis excellentia sanctitatis emineat, quantalibet quis eminentia perfectionis excellat, potest quidem fieri pro modulo huius vitæ perfectus, sed nō est sic de sua perfectiōe securus, vt non debeat de casu esse sollicitus: & vtique vbi est sollicitudo non est absoluta beatitudo, quæ nequaquā perfecta credenda est, si segura non fuerit, nec segura erit nisi omnē sollicitudinem securitas æterna consumpserit. Quapropter qui dicunt in hac vita beati, spe beatitudinis futuræ beati sunt, ipsa autē re nō hic, sed in illa vita beati futuri, quia ibi omnium beatorū beatitudo perfecta erit, ubi humana natura sui gloriam conditoris & suam perfecte beatificata visura est, atque ei sine vllō defectu suę beatitudinis adhærebit.

Tūc omnium electorū perfecte erit cor et anima vna, quando Deus erit omnia in omnibus.

Caput XVI.

Beda. Actu. 4. **S**icut in primordio nascentis ecclesiæ in Hierosolimis quondam multitudini credētium erat